

PIETAS PATERNA
MATTHIÆ MACHNERI,
Reipublicæ Wratislav.

ab Expeditionibus Latinis,
nec non in Judiciis Ecclesiastico & Orphanorum
Notarii,

erga FILIUM cognominem,
ut unicum, ita desideratissimum,

memoriæ causâ
publicè declarata.

CHRISTO REDEMATORI S.

Θυητῶν θυητὸς ὄλετο.

Testatur hoc

MATTHIAS MACHNERUS,
Puer quinquennis,

qui
tantillo tempore
ob indolem & ingenium liberale
& Parentibus gaudio fuit,
& Bonis quibusq; præclara quæq; spopondit;

Tandem autem

Catarrho suffocativo

Die IV. Februar. A. C. M DC L.
præceptor,

omnem temporariam expectationem
frustratus
luctum & cordolum
creavit.

MATTHIAS MACHNERUS

&

MAGDALENA KAMPERIA,
Filio tenerrimè dilecto,
multis quidem cum lacrimis,
in spem tamen restitutionis firmissimam
P. O. S.

Heic spes magna jacet, desideriumque Parentum:
O Liberi, quam amara fertis gaudia!



IN PRÆMATORUM FUNUS

lepidissimi Puellorum

MATTHIÆ MACHNERI.

NE pueris accessum ad me prohibete tenellis,
Sunt quia regna horum cœlica, CHRISTUS ait.
(me plangas,
Cur puerum MACHNERE igitur Clariſſt.
Ætatis primo vere obiisse tuum?

Scilicet ille fuit tua multa & sola voluptas,
Delicium matris, scilicet ille fuit.

Cura sed una utriusq; simul: speravit uterq;
Quem senio baculum præsidiumq; suo.

Signa tot ingenii usq; adeò præstantis in illo,
Mentisq; ac frugis promicuere bona.

Otentatus is ergo tibi, raptusq; repente,
Quin luctum pariat cordolumq; grave,

Nemo philostorgos pater hoc neget: at magis idem
Filius æterno Patri adamatus erat.

Major ut hujus amor, sic est sapientia major:
Majus &, humani quam Patris, imperium.

Omnia enim justis dispensat tempora punctis:

Omnium ab hoc hominum vitaq; morsq; manet.
Fatorum dici nequeat turbatus ut ordo,

Fata ubi descripsit cuiq; futura DEUS.

Huic parere decet; neq; fas est velle reniti.
Præceps ille, polo qui struit arma, ruit.
Qui dedit ad tempus, repetit dum in tempore Natum,
Jure suo, atq; benè id quod facit, omne facit.
Complacuisse D E O nempe ille hoc cernitur ipso:
Tam citò quod miserā est cedere jesus humo.
Festinoq; gradu Paradisi tempe ad amæna
Transiit, aeterno ver ubi flore viget.
Noxia Mavortis rabies, truculentia Mortis,
Sortis & asperitas nil ubi juris habent.
Nullum ubi filiolo scelerum à contagie periculum,
Nullus & à morum pestilitate metus.
Mens at sancta animi fruitur felice quiete,
Plenaq; perpetuæ gaudia lucis agit.
Gaudia non spectata oculis, non auribus hausta,
Mentibus humanis nec capienda satis.
Definito o lacrumarum! & quò tute ipsus anhelas,
Maturè hoc natum ne penetrasse fleas.
Qui citò vitâ abiit, quod debuit, id cito solvit;
Satq; habet ætatis æthera quisquis habet.
Paullum momentum est: in vitâ cælite natum
Cum tibi, te Nato restituerq; D E U s.

Patri ob Filii unici unicè dilecti obitum mœstissim⁹
Pugnans hanc amico sed spontaneo affectu
Minervâ quamvis, Seni jam unde septuagenario,
minus propitiâ scrib.

NICOLAUS HENELIUS, ab Hennenfeld, D.
Sac. Cæf. Majest. nec non Illustris. Principis Lignicensis
Consil. Ducatus Monsterbergici Pro-Cancell. inclitiss.
Wratislav. Recipub. Syndicus.

Cum quidam vellet curta hæc compendia vitæ
Pingere consimili schematis effigie,
Transcurrit plenum passu properante theatrum,
Et seje auleis protinus occuluit.
Sic pulchrè ostendit, quod, cum proscenia mundi
Vix intrarit homo, contumuletur humo.
Nonne tuo simile in Nato, MACHNERE, tenello
Vidisti, rapuit quem fera Parca citò?
Ut Rosa compresso foliorum cincta galero
Clausaque serratis undique corticibus,
Cum matutinis præsudat solibus aér,
Atque aurora suas exprimit uda comas,
Promicat, & calathi ridentem expandit honorem,
Lætaque surrectis luxuriat foliis;
Ast ubi Phæbus eam geminato sauciat æstu,
Vertice devexo flaccida marcat anus.
Sic Puer hic primo florebat flosculus ævo,
Sed mox occubuit Sole sub occiduo.
Non tamen interiit præclarus flosculus, ecce
Tempe excepérunt splendida molliculum,
Sole sub exidente novo novus ibit in auras
Vivus, odore Rosis æmulus Elysias.
Interea o cæli flos ride sanete, Scholaq;
Jovæ cælestis docta Lycæa cole.
Ultima cum vitæ quoque nos subduxerit hora,
In Paradisiacis conveniemus agris.

In solarium animi paterni ex obitu Filioli lugentis
condolenter deproperabat

ANANIAS Weber / SS. Theol. D.
Uratisl. ad S. Elisabethæ Pastor &
Ecclesiar. & Scholar. Orthodoxar.
Inspector.

Quem puerum defles, propero tibi funere raptum,
MACHNERE, egregiam spem mihi alebat, ait.
Namq; erat idem animi letus frontisq; pudice,
Nec non ingenii dotibus ipse potens.
Quid faciam? natum grator tibi, sed quoq; raptum:
Letitie causas illud & illud habet.
Spes dulcis viventis erat, fiducia rapti
Gratior: hac curis te vacuum esse finit.
Spes fallax dubiumq; bonum plenumq; timoris:
Quippe etiam possunt degenerare bona.
Cum portum tenuere rates, jam nauta triumfat:
Fleveris, in portu cum tibi Natus ovet?

AUGUSTUS BUCHNERUS.

•••••
MAscula MACHNERI suboles cadit impete mortis:
Quis neget hunc ictum cor penetrare Patris?
Sed quid agat? Domini manus est, quæ vulnus adegit
Coelitus: hæc etiam blanda malagma feret.
THEOPHILUS FEIGIUS Superint.
in Ducat. Lignic. ac Wolav. Administrat.
•••••
Dimidium cordis rapuit mihi mortua conjux,
Filia dimidium, sum sine corde parens.
Hei quot consumpsi miserando hoc carmine noctes!
Hei quoties toti sic genuere dies!
Quæstrui in misericordia vanam querelis,
Sicq; auxili lucretus continuando meos.
Visa etiam interdum est mihi facta injuria, fata
Debuit atq; aliter dirigere ipse DEUS.

Tan

Tandem me aspexit summi clementia regis.
Et placuere mihi, quæ placuere DEO.
Nec me paenituit; cum conjugé, filia, nati
Tres mihi sunt; servet quos bonus ille dator?
Cur tu desperes, prestans Machnere? probasti
Nonne satis primâ jam ratione DEUM?
Abstulisti uxores tibi bis, bis reddidit ille,
Et non filiolum sit dare Jova potens?

Solatii & amoris gratia deproperabat

DANIEL WINCLERUS D.

•••••
Qui plantas dixit Mortales, consona vero
Dixit, in Exemplum nam tua Planta venit,
Clare VIR, Aonidum decus, & mihi Fautor amande,
Filius in primo flore peremptus abit.
Nil tua vota, preces, nil spes, nil cura, labores,
Sedulæ Amicorum nec valuere manus.
Non secus ac violæ flos, qui dum Phosphorus ardet,
Phoebus & Eoo surgit ab Oceano,
Luxuriat foliis pulchre ridentibus, & mox
Incurvâ tonsus falce colorat humum:
Sic cadit ante diem, qui spes requiesque senectæ,
Quique tuis oculis Plantula dulcis erat.
O dolor, ô durus casus! vix talia tristis
Melpomene poterit funera flere satis!
Non possum tecum non angijure dolore,
Dignaque cordolii promere signa mei.
Si genii dotes, lepidæ si munera mentis,
Si repetio Pueri mellea dicta tui,
Officiosæ jubet pietas monumenta doloris
Edere, & exequias condecorare pias.

Sed

Sed non Te cruciet Gnati jactura, caduca
Quæ fuerat terris Planta, perennis erit.
Est Paradisiacis augustus campus in hortis,
Luxoriat foliis quo tua Planta suis.
Moeste Parens, quassæ succurrant talia menti,
Quæ nos fata premunt, dirigit Ipse DEUS.
Scilicet hæc Superi Patris fuit alma voluntas,
A cuius pendet vitaque morsque manu.
Ne diræ scelerum facies & crima mille
Perdere tentarent debile mentis opus.
A cunctis liber, quæ nos mala dira fatigant,
Perpetuam vitam deliciasque capit.
Christus ubi Sanctis pandit mysteria Doctor,
Perpetuis tribuens florida ferta rosis.
Et nos conjunget coelo felicior ætas,
Cui finem non mors, non feret ulla dies.

Ita tecum, Amice dilectissime, lugeo & deploro filio-
lum Tibi cognominem, genio & ingenio prestante-
rem, in cælestem Academiam jam translatum

M. GEORGII SEIDELII, Ec-
clesiae Neopolitanæ Uratislaviensis
Præpositus.

Dum charum luges, dulcis Machnere; Puellum
Quem tibi vis duræ mortis acerba rapit;
Quid dicam, tristi capias quo corde levamen,
Quod tua non Pietas dixerit ante tibi?
Id dicam, quanquam nōris satis ipse, Jehovæ
Est manus, in cuius vitaq; morsq; manu est,

Quem

Quem sequeris meritò, submissò corde volutans
Velle DEI quod sit nunc quoq; velle tuum.

Amicitia ante multos annos in Academiis initæ,
& usque ad mortem duraturæ symbolum
adjiciebat.

JOHANNES KRETSCHMAR,
Reipubl. Wratislavienſ. Secret.

O Spes fugaces! quæ stetit hactenus
Cari Parentis cura, superstite
In Filio, jam dissoluta
Morte, tuum duplicat dolorem,
MACHNERE, cordis dimidium mei,
Tristesque noctes adjicit & dies,
Atque imbre multo lacrumarum
Ora rigat, madidosq; rugat
Vultus sequaci sollicitudine.
Neque exprobabit quis, nisi qui, Pater
Quid sit, minus novit, minusvè
Fletibus indoluisse discit.
Et caussa luctus quæ, rogo, justior,
Quam Filium si mors ruat unicum,
Et spes minasque audentiores
Præcipites properante fato?
MACHNERE, cordis dulce decus mei,
Qui destinatus gloriæ & augmini
Domus tux, ejusdem columnæ
Unica qui fuit, hunc FUISSE,
FUISSE luges; sic tamen, ut scias
Te Christianum, qui Patris optimi
Nunquam reluctatur supremis
Legibus, arbitrioque justo.

B

Flo-

Florentis at tu fata pueriæ,
Atque invidendam vim indolis, & decus
Præclara jam dudum minantis
Ingenii, & meminisse felix,
Urget Parentis flebilibus modis:
Non culpo; tantum sit modus in modis
Istis, nec ut pectus profanum
Assiduas resones querellas.
Nec hoc profectò, quæ pietas tua est,
Facturus unquam, aut, si nimis es Pater
In Filio, qui, quæso, credas
Ipse D E U M minus esse P A T R E M?
Ad S E suo qui tempore Filium
Tuum evocavit, sed simul & suum:
Plus juris in quem, quam Parentes
Semper habet, SUA cùm reposcit.
Proinde F R A T E R, cede D E O, cui
Pugnare longum nemo hominum potest.
Qui cedit, I N V I C T U M ac tremendum
Hoc humili superat triumpho.

C H R I S T O P H O R U S F R E I T A G I U S,
Illustriss, Princip, Würtemberg, à Con-
cionib, sacris, Ecclesiæ Olsnens, Pastor,
& Presbyterii in Ducatu Senior Primar,

Lipsius Cent. 1. Epist. 42.

Apud A. Claudium Quadrigarium scribere memini: Hæc maximè vexatur deorum ini-
gell. 17. 2. quitas, quod optimum quemque non sicut inter nos diurnare.
Aptè & vere. Nisi quod iniquitati impie tribuit, quod est æquissimæ æqui-
tatis. Cur enim celestes illæ animæ diu in hac fæce abeant: immò & evolent
ad suum cœlum.

A Quadrigarum exaxisse vocamine quondam
Cognomen visus Claudiu ille suum,

Nu-

Xumina iniqua putat, quod, quisq; est optimus, illum.
Inter nos longum non superesse finunt.
Perperus ô censor! per quem, quicunque diurnant
Longius, hos certè est esse, necesse, malos.
An verò eripiens terris D E U S antè modestos,
Quam scelus aut fors hos perdat, iniquus erit?
Vidi ego florentes pueros præclara minari;
Et vidi factos degenerasse viros.
Vidi ego pacificis infantem nascier annis;
Et vidi bellis occubuisse senem.
Quod si præreptos vitiis & cladibus orbis,
Transtulerit pueros ad sua regna D E U S;
Quis non affectumque pium, largumque favorem
Coelestis, pleno prædicet ore, Patris?
Si, M A C H N E R E, virum clarorum prime, Dicesque
Gloria, quem candor junxit amorque mihi:
Si, M A C H N E R E, doles (ceu fas doluisse) peremtum
Et Natum, & Nati, morte jacere, minas:
Volve animo, fieri quid posset, longius ævum.
Si Soboli vellent fata dedisse tuæ.
Volve animo, in tumulo quam membra quiete fruantur,
Affluat & quantis mens super axe bonis.
Sic, puto, Tu Claudi damnaveris ipse Quadrigas;
Illius J O B I verba, tua esse volens:
J O V A mihi Natum dederat, Natum abstulit I D E M;
Nomen laude novâ floreat usq; D E I.

Orbo Parenti, Amico singulari, & communitatem
doloris probaturus, &, quod poteram, solatio
aliqua datus, fac.

M. E L I A S M A J O R P. L. C.
Gymnasii Vratislav. Elisabetani
Rector & Professor, cæterarumq;
ibidem Scholarum Inspector.

B 2

Jhova

Jhova dedit quondam sub latofidere Natum:
Nunc placido extinctum funere Jhova tulit.
Nec periiit, sed civis ovat transcriptus olympos.
Quod Domino, Vobis id quoq; complaceat.

○ ○ ○

Grabschrift

Im Namen der leidtragenden Eltern,

Gier liget unsrer Sohn / hier ligen seine Gaben/
Vnd das / was wir davon gehofft / zugleich begraben.
Es war vns freylich wol ein werthes liebes Kind;
Was Wunder ist es dann / das wir betrübet sind?
O eitel Eitelkeit! O nützige Gedanken!
In denen wir / gleich wie ein Schiff im Wasser / wancken.
Was heute grün vnd blüht / was heute schön vnd roht /
Ist morgen blaß vnd weich / ist morgen frack vnd tod.
Viel besser ist's / das wir das Herz in Himmel heben /
Vnd alles Gottes Raht vnd Willen übergeben:
Dann der steckt einem schon das recht' vnd beste Ziel /
Thut / was vns nütz vnd gut / der Fromme wünscht vnd will.
Der helfe / das auch wir geduldig überwinden /
Vnd dort den liebsten Sohn mit Freuden wieder finden.
Die Lust der Welt ist auf / das Ende rück herzu:
Wen Gott in Gnaden liebt / den bringet er zu Ruh.

In gratiam & levamen honorandi Domini Com-
patris, Amici faventissimi fudit

CHRYSTOMUS SCHULZ/
Leorin.

SAt scio, passus idem, tristi te corde dolere,
Ereptum Patris è lumine Filsolum,

Mäste

Mäste Parens, culte germen, MACHNERE, Themistos,
Idem Pieris Pars bene nota choro.

Quomodo non doleas? docti spes unica Patria

Labitur & Matris nobile delicium.

Indole qui poterat clarum similare Parentem,

Neposit, mortis vi properante cedit.

Nunc vigor ingenii, satagens Discentia Mentis,

Et mens & morum purpura tota jacent.

Sic Mors dulce Bonum nimis invidiosa profanat,

Et tristi mutat Nectara cordolio.

Sed breve cordolium superantes angit homulos.

Promitus hoc paulo post graduntur iter.

Nil habet occasus Nostrorum laetus in se,

Quād quod nos promtos ad pia fata facit:

Vel certè vivi meditamus nobile Lucrum,

Quod faciunt, istam qui secuere viam.

Hoc meditare tuo, Genitor Tu posthume, corde,

Nec sinet in Luctum Te magis ire LUCRUM.

Utrique Parenti acerbè lugenti collugens fac.

M. HENRICUS CLOSIUS,

Gymnasii Magdalena Rector

Uratislav.

MACHNERE, omnigenæ ditissime dotibus artis,

Candore, & priscâ percelebrate fide,

Audio, TE juxtâ cum dulci conjugé, luctus

Gurgite demersum, fata inopina queri.

Quisquis inardescit mediocri Prolis amore,

[Et quis non ardet prolis amore sux?]

Nequaquam injustos pronunciat esse querelas,

Et fletus censem labē catere tuos.

B 3

Nauta,

Nauta, reversuri per lucra sequentia, jactus
Cum gemitu, longum commeminisse solet:
Moerent, si messis non paruit una, coloni,
Pastor ob amissas discruciat oves.
Jactus, messis, oves, me judge, nullius assis,
Præ sobole ingentem spem faciente sui.
Filiolus nuper, Machnere, Tibi unicus, annum
Prima & postremâ pentade talis erat.
Sollicitæ curæ vis, atque exempla paterna
Cor tenerum in iustis erudiere D E I,
Non sine successu. Jam dicta & singula facta
Legibus obsequii congrua visa pii:
Ipse Tibi audebam promittere maxima quæque
Indolis egregiæ dona opulenta videns.
Nunc propè sum damnas, vanus promissor haberi,
Eventu adverso debilitante fidem.
Sed quis in eventu quidquam culpare, vel inde
Optima Amicorum carpere vota potest?
Non eadem, quæ Nos volumus cupideque vovemus,
Perpetuò justus vultque facitque D E U S.
ILLE det in luctu solamen forte, nec ultrâ
Vestrum oculum lacrumis immaduisse finat!
sinceræ sympathias testandæ causâ scribebat
PAULUS CHRISTOPHORUS LINDNER.

MACHNERUS Breslæ Decus haud ignobile, Phœbi
Delicium, sanctæ Cultor Amorque Dices,
Unigenæ luget Nati citafata, & in uno hoc
Omnes delicias surripuisse putat.
Sed putat. In Cœli tutâ statione locatus
Ætheris fruitur Natus adusq. bonis.

Deli-

*Deliciæ profant ubi vera: reddet in uno
Gaudia abinde Patri deliciasque D E U S,*

Solatii caussâ scribb.

C A S P A R K E S E L E R M A R I A N A E E C C L A P. L I G N.
Pastor & Consistorialis.

*Qui spem multorum annorum, specimenq. paternæ
Indolis, & morum vivida signa dabat,
Filiolus, M A C H N E R E , tuus, Cor Matris, & olim
Splendidior generis stella futura sui:
Dignus, uti vultu simul & virtute Parentem.
In se reddebat, sic superesse diu,
En miser oppressus funesta mole catarrhi,
Matris in amplexu, prob dolor! emoritur.
Quò mage dulce fuit florentem cernere, tanto
Tristius extinctum morte videre venit.
Durum equidem, & magnam fors hæc defienda Parentum.
In partem luctus pectora nostra trahit.
Verum sic voluit, qui nostris sepè rogatis
Utiliora bonus reddere Jova solet.
Sit velle ergo D E I nostrum quoq. velle, sit omnis,
Præter divinam, provida cura nihil.
Is quem prosequimur lacrumis, mortalia ridet,
Angelicosq. inter gaudet ovatq. choros.*

*In honorem suavissimi sui Suscepti, filii instar
dilecti, scribeb. Vratislavæ inter expe-
ditiones publicas*

B A L T H A S A R T H O M A S, Reipubl.
Nambslav. Syndicus.

MACH-

seaz.

MACHNERE, pectus suavi-dulce doctorum,
Ocelle Vatum, lacteum DICES corclum,
Inter meos ô pars amica fautores;
Te largius, fert rumor, ire defletum,
Tyranna quem Mors, flore mollis ætatis
Vernante, curvâ falce messuit, NATUM.
Non culpo sanè; Quippe, doctus exemplô,
Luctus paterni magnitudinem novi.
Excedit omnes cura Patris affectus.
Et quis spei, quis frugis optimæ NATI
Siccis ocellis efferat Parens funus?
Sic mæsta foetus, quos arator implumes
Subduxit, urget questibus Soror Prognos;
Sic, possidet qui rura, luget effictim,
Totius anni spes, seges, per herbosos
Quæ floret agros, si vel imbre contrita,
Vel ante tempus secta falce, vanescat.
Sed ut suum lugere, Patris est, NATUM:
Sic Christiani, scire quis modus luctus.
Denatus est hou! unicus Tibi NATUS,
Vernante primo flore mollis ætatis:
Sed quis DEO patrante nescit hoc factum?
Sic vere primô floridæ juventutis,
Ut flos ab æstu Solis, Ille marcescit;
Sed Iste, tractu senioris ætatis,
Ut poma, sub ferale tempus Auctumni,
Quæ jam ruborem nausta sunt; Cadit leto;
Uterque fati lege non retractandâ.
Citationem sed quibus solô cursu:
His longiorem fata dant polô vitam.
Gratamus his, qui navibus secant æquor,
Si concito per gurgites maris cursu

Phaselus hos festina duxit in portum;
Quid ergò Nostris invidebimus tutum?
Post æstuosos Orbis impetus, littus
Delatus hue est concitis Tous velis,
Et jam beatos inter Ille MACHNEROS.
Præceptus impendentibus malis ævi,
Æternitatis Candidatus, exultat;
Nec Véjovis, nec Martis impii bilem,
Nec quæ minatur fulminantis Eoæ
Proles Enyus, curat aut timet NATUS.
MACHNERE gaude! nec Tuò suum coelum,
Quamvis Parens concussus, invide NATO.
Nefas; salutem nolle filii PATREM.

opuntæcumusðouulp adj.

M. AD. THEBESIUS, Eccl. Lig.
P-P. Pastor & Consistorialis.

MACHNERE, perpes gloria Maxima
silesiorum, cui gemitu litas
Et lacrumâ frequentiori,
Non rapuit, Libitina, Gnatum.
Migrare CHRISTUS jusit ad aetheris
Cives beatos: Ah citò! dicis; at
Felicitè prioram gubernat,
Exsuperat citò qui profundum.
Hunc vita fructum fert diurnior,
Vel sustinens, vel facimus, truci
Præcordiorum cum dolore,
Vel mala consieri videmus.
Exaruit flos, nobilis ingenii,
Mæstus reponit; falleris, astrico

Salvantis in JESU Lycēo,
Germine luxuriat perenni.
Machneria sed sublīca jam domūs
Infracta nutat, nomen & incluta
Gentis nigello, Morta, peplo
Contegit, ingeminas: Olympi
Infert theatris, Machneriam domum.
Felix Puellus; dextera Numinis
Cui fulcra subdet firmiora;
Dulcicula m̄ thalami jugalis
Arrhamq; reddet, quam modo tristior
Primitis. Aequā mente relinquimus
Heic cara, Regnis in beatis
Quēis sine fine fruemur olim.

Machnerides Christum coluit, Pietatis alumnus,
Nunc properē, Christum, vectus ad astra, videt,
Flete cruces vestras miseri, lugete dolores;
Tam felix posuit, gaudia vera, Puer.

Hoc
Acerbisimi doloris lenimentum,
&
adversus Clariſſ. Dn. Machnerum, obser-
vantia argumentum lubens acritoque
adposuit

MICHAEL KIRSTENIUS,
Smollenſis Eccl. minister.

O Pertristis adhuc, & Subolis funeribus dolens,
Exspectata Tubæ cum veniet pompa novissimæ,
Et, qui nunc tumulis contegitur, prodierit cinis:
Nunc &, qui cibus est Sarcophagi, more brevis Rose,

CHRI-

CHRISTUS Filiolum hunc in speciem verterit enheams
Dices: [heic veluti de speculo noscitur ævitas :]
Quæ sors est superis, hæc eadem nunc Puerum manet.
Hem! cur à lacrumis incolumes non redeunt genæ ?

Ad imitari. Od. 10. lib. 4. HOR.

A mico honorando assurgens fac.

GEORG. THEBESIUS Lign. S.
in Patria Eccl. ad P-Paul. Minist.

Quis pes magna suis fuit, at fiducia crescens,
Matris delicies, effigiesq; Patris?
Pieridum Charitumq; manu formatus ad unguem,
Promittens variis Pusio summa minis:
Aliger ingenio discendas propes ad artes:
N nemosynesq; fide cuncta tenace capax:
Si perfata modo licuiset reddere totum,
Vel, Patris ex voto, re superare Patrem:
Absolvens plenum vitali carcere lustrum,
Si saltu demat calculus octo dies:
Occidit heu stratus torrente gravidine Pullus!
Jamq; suis gravior causa doloris adest!
Charior ut nobis, quia ravior, edita bruma
Sidere, quam verno tempore crebra Rosa.
Accum sola cadit, gravior jactura putatur,
Quam cum præcipiti vere roseta ruunt:
Sic tener ille Domus MACHNÆ Masculus unus
Flosculus, id circò charior unus erat.
Idem præceptus fatorum pollice lavo,
Major subversa mole ruina venit.
Utq; Rosa lugent Nympha tam funus acerbum,
Sic Pulli Charites Pieridesq; sit.

C 2

AC

Ac tumulum ponunt, possumq; epigrammate signant,
Ut videat veri, postera turba fidem.
FLOSCULUS HEIC SITUS EST PRÆMESSUS
VERE JUVENTÆ,
CUM QUO SPES MELIOR NOSTRA JACEN-
TE FACET.
VIVUS NOSTER AMOR, DOLOR AT NUNC MOR-
TUUS EHEU!
DIGNUS IN APRICIS VIVERE SECLA ROSIS.
PERPETUAS HUC VERIS OPES SPARGAMUS
AMOENAS:
QUI ROSA VIVUS ERAT, DORMIAT IN QUE
ROSIS.
EXIMIÆ SPEI EXSPECTATIONISQ.
PUELLO MACHNERULO, CL.
PATRI COGNOMINI, COLLUGENS
POS. H. M.

CHRISTOPH. COLERUS,

••••• ••••• ••••• •••••
Ergone tam lepidum mors abstulit atra puellum,
Spes & delicias, Dulcis Amice, tuas?
Ergone dividuo cor livens vulnere languet,
Atque vaporiferas solvitur in lachrymas?
Nil Pietatis amor puræ, nil lumina blandis
Plena favis, & nil mellea labra juvant.
At precibus tribuenda tuis, tribuenda Maritæ
Votis, vita tuae mascula prolis erat.
Est DEUS, imperio Mortis qui præsidet unus,
Quiq; suâ numerat tempora nostra manu.
Illi ad nutum prodit rude pondus ab alvo
Matri homo, vita nescius ipse suæ,

Mox

Mox abit æthereas morbis correptus in auras,
Parte suâ celum cum potiore petit.
Portio sed sequior gelidâ tumulatur arenâ,
Et reddit in cinerem quod cinis ante fuit.
Ceu violæ vernis gratae nascuntur in hortis,
Sol ubi cum Zephyris in sua regna reddit.
Ast ubi nimbosas nubes adduxerit Auster,
Illustris florum gratia fracta perit.
Sic flos ille tuus, MACHNERE, domesticus, Eheu!
Gratior & violis, gratior atque rosis,
Perdidit halantem, miserabile funus, odorem,
Et jacet in tumulo pulvis & umbra suo.
Hinc tua sollicitæ mordent præcordia curæ,
Et cadit ex oculis largior unda tuis.
Siste etamen lachrymas dubiamq; recollige mentem;
MATTHIAS dederat quem tibi dextra DEI,
Post breve discriben morbi, paucosq; labores
Occupat æthereas, stella corusca, domos.
Felix, eternam qui per compendia vitam.,
Quiq; puer celi tecta quieta tenet.
Forsitan & nobis spacium breve restat, Amice,
Cum capiet simili nos ratione polus.
At tibi, sancte puer superum pars clara Quiritum,
Dulce sit in CHRISTI ponere membra sinu.

L. Mg. f.

SEBASTIANUS ALISCHERUS,
Minister Lignic. Petro Paulinus.

••••• ••••• ••••• •••••
Triste ministerium, Genitor si funera Nati
Unigenæ in primis cum gemitu sequitur.
Triste, sed à Domino dolor hic si immittitur aqua.
Mente pios Domini fas tolerare jugum.

C 3

Hic

Hic nobis donat pretiosa hac munera, & Idem
 Cum visum est nostris eripit ex oculis:
 Tunc non lugendi nimium sunt funere rapti,
 Sed noscenda D E I est iusta & amica manus.
 Non D E U S immitis nostros ad tormenta raptat,
 Non ad tristitiam, que mala mundus habet:
 sed vocat ad cœli sublimia gaudia faustos,
 Angelicosq; Choros, colloquiumq; D E I.
 Vita quid in terris? nihil est nisi cura, laborq;
 Vita quid in cœlis? nil nisi summa quiete.
 Hac tecum M A C H N E R E putes, & parce dolori,
 Pro luctu en Natus gaudia vester habet.
 M A T T H I A S Superum datus est tibi munere Natus,
 Et superum iussu ad gaudia rursus abit.

A L I U D.

Quid M A C H N E R E Chori doctorum splendida Lampas
 Quid M A C H N E R E animum tanto cruciare dolore
 M A T T H I A S quod Natus obit tua maxima cura?
 Siis memor illius quod cantat Lipsia Musa,
 In precibus pro se dum dicit: O ille beatus,
 Qui vitæ infames scopulos, & naufraga saxa
 Festina potuit prætervexitse carina:
 His addo ex Sacris: Magis est tamen ille beatus,
 Qui mox in portum felici transiit aurâ
 Ereptusq; solo meliori in fede triumphat:
 Hoc quia concessum Nato, M A C H N E R E dolorem
 Pelle anime dicens: Iterum jungemur in ævum.

Præstantiss. On. Parenti in luctu graviss.
 Divine Consolat: Efficaciam ex animis
 precatus scrib:

M I C H A E L H E N E Lign. Notar.
 Luctus

Luctus A L I S C H E R I dum Nos, eeu condebet, angit:
 M A C H N E R E, in Luctum conjicere Ipse novum.
 Ille senem Socerum, demersum Funere, luget:
 Tu, tenerum viridi Germine, Filiolum.
 Non equidem vestros, sisso sub Pectore, sensus
 Assequor, ut Socero, sic quoq; Prole carens.
 Attamen in deo Fatis lugentis Amici.
 Nam quod amare jubet, condoluisse jubet.
 O si Filiolum sit habere! sed erige Mentem,
 Nec reputa Patrem Te, sed & esse Virum.
 Esse Virum, sancto qui doctus cœlica verbo,
 Filiolum in cœlo novit habere Patrem.
 Faustior huic junctus vivet nova secula; quam si
 Vinceret hîc Pylii secula terna sensis.
 Luctum ergo moderare. Brevi Lugenda fatiscent,
 Surgentq; aeterni Gaudia plena Boni.

Ex animo appræcatur collugens, collugendo
 solatium, quantum potest, sufficiens
 d. s. Febr. 1650. Amico Amicus

M. VALENT. KLEINWECHTER.

A' quodis μέλος.
 A Tu cypresso funereâ caput,
 Et fronde taxi nube nigrâ, Genl,
 Qui dulce formas pupulorum
 Ingenium lepidosque mores.
 Te pullus horror, te lacrymæ decent,
 Et luctuosæ murmura næniæ,
 Et quicquid indignum nigrarum
 Flere solet facinus Sororum.

En.

En primâ in herbâ mascula marcuit
Machneriani plantula germinis.
En indolis felicioris
Flos subito eecidit novellus,
Injurioso calce Proserpinæ
Obtritus! Auster proruit ut madens
Caltham recentem: Sic peremit
Improbis hanc Subolem catarrhus,
Quam destinârunt jam tacitis sibi
Votis Camenæ. Pollice nam, Genl.,
Olli parabas eruditus
Fingere mentem-animi benignam.
Occisa spes est hæc: Segetem tibi
Infesta lautæ glorioke Atropos
Præcidit, ah præcidit unâ
Delicium omne Parentum utriq[ue].
Lusus requirit blandidulos Pater,
Quos finxit ipsi pusio vinnulus
A Curiæ curis reverso
Ad penitral Larium quietum.
Perculta Mater cordolio gravi
Torrente fletu busta siti rigat
Festina Nati, & voce sævâ
Vota sua, irrita vota, damnat.
Sed meta tandem sit querimonii
Nil profuturis. Sub scrobe conditum
Molli quiescit corpus, arces
Spiritus ætherias inerrat.
Exemptus illic luctigeris malis,
Cervicibus quæ cominus imminent
Nostris, ovat Pæana suavem
Ingeminans hilari melodo.

M. JOHANNES Sehner.
MAT:

Matthias Machnerus, Javoranus Silesius;

Anagr.

Vah ita non Summis, charis avulsa resiste.

Sic ipse Maritus Conjugem suam
in luctu

ob filios defunctos constitutam alloquitur.

Charis vah Natis, ita non avulsa resiste

Summis consiliis, ô mea Costa, D E I.

Omnino Patriq[ue] mihi, grave: certa senecte

Cernere fulcræ meæ cessite fracta tegit

Mille tot at fluxæ si cogito tadia vita,

Si rerum flendas omnium in orbe vices,

Si pubem incutam, si cæses Anguis hiantis,

Ipsi quos Illex pædit ubiq[ue], Niger:

Arbitrio summi præceptis grauor, eo q[ue]

Quo præire cito funere posso sequiri.

M. JOH. HANNIUS, Senior
ad D. Barb. Ecclesiastes.

Audio MACHNERUM teneri durissima Nati,

Fermè collapsis fata dolere genis.

Jure dolet, Pater est; & proles mascula raptæ est

Unica; Solus agit prole cadente Pater.

Sed modicè doleat, sint mensurata dolendi

Tempora, quæ Pietas suadet, & ipse DEUS.

Non dolet immensum præcepta Vinitor uvâ,

Si devastetur vitis amata, dolet.

O acinos concede DEO, concede racemos,

Dum modò salva manet vitis & apta Tibi,

D

Am:

Ambitiosa suam serpat vireatque per ulmum,
Exhilaretque Tuam fertilis usque domum.

LAURENTIUS BAUDISIUS,
Lignic in Illustr. JOHANNEO
Archi-Diaconus.

Non leve MACHNERUM, crepero sed ab aethere misum.
Cum tonitru fulmen vi tenebrante quatit.
Alius in pectus latum sibi sentit adactum.
Vulnus, & in mediis heret arundo fibris.
Cynthius haut sperat mensuram implere doloris,
Non hoc Musarum sperat amica manus:
Plus vice divinâ quamvis cum cive querantur,
Atq; hac non aliter, quam sua damna, fleant.
MACHNERUS quod dulce unum sub sidere norat,
Unum quod poterat cor recreare Patris:
Mellitum thalami fructum, solatia Matris,
Spemq; domûs, lethi mæret abire fugâ.
Unicus ille Patris, jam non Patris, occidit heres,
Ore nitens, dulci plenus amore Puer.
Ingenium dederat cui non vulgare Minerva,
Si licet à primis, subsequan nosse minis.
Quem sibi vindicis assertum Pieris ibat,
Quemq; caballinis prona rigabat aquis:
Hunc rapit & nigris mersat crudelior umbris
Atropos injectâ, nil miserata, manu.
Nondum considerat primævi tempora lustri
Flos tener, atatis gloria lausq; sue:
Et modò depositit viridantem frontis honorem
Et modò pulcra puer pallidus ora jacet.

Candida sic primo cum lumine lilia rident;
Et decusa legunt, sole cadente, solum.
Purpura sic violis gelido decerpitur Austro:
Sic rosula nimbo frigidiore cadunt.
Sed quid agas, MACHNERE? Putes infringere luctu
Et lacrimis rigida ferrea jura necis?
Hei! frustrâ nimis es: fletus funduntur inanes,
Quamlibet Orphéa triste querare chely.
Aspicis, ut redeant occasi lumina solis:
Nobis cùm dempta est vita, redire nequit.
Gramina post hiemem duri post frigora Cauri
Culius acciunt vere tepeste decus.
Non licet hoc nobis: Igitur tibi parce, nec extra,
Quæ posuit ratio, sepa vagare nimis.
Ethnicus hoc sapiens purgatam gannit in aurem:
Incasum quod abit, nec jurat, omne fuge.
Quin etiam Pietas, divina Magistra, monabit,
Quod manus imposuit calixa, ferre jugum.
Strenuus est, quicunq; Duci sine murmure miles
Paret, & obsequium letus herile subit.
Qui gemit & sequitur male-morizer, impius audis:
Inviti sordet gratia lausq; boni.
Te submitte DEO: feret hic solatia mæsto:
A quo plaga venit, sapè medela-venit.
Quin etiam meditare, tuum super astra receptum.
MATTHIAM, aethereo inter ovare choros:
Et cùm depositum noris tam nobile calo,
Qui possit patrii non meminisse poli?

Lignic. Calend. Mart.
A. 1650.

VALENTINUS REIMANNUS.

Trost-Lied

An des in Gott seligentschlaffenen Söhlein's herz
geliebte vnd hochbetrukte Frau Mutter.

1. Satz.

Ehren-Lob der feuschen Frauen/
Tugend-Spiegel dieser Zeit/
Der sich Zucht vnd Freundlichkeit
Wie selbst eigen anvertrauen:
Doch auch jetzt betrübtes Herz/
Höret doch / sofern der Schmerz
Euch zu hören wil verstatten.
Ihr betrauet einen Schatten/
(Als wir Menschen alle sind/
Wann das auf des Leibes Höle
Sich entrisse unsre Seele)
Aber doch auch Euer Kind.

1. Gegen-Satz.

Euer Kind / der Tugend Spiegel/
Das den Vater allbereit
In dem Lenken seiner Zeit
Zeugt an seiner Sinnen Flügel.
So / das man der Tugend Sitz
Vnd der Eltern Art vnd Wiss/
Wie an Augen vnd Geberden
Sehen kundt / vnd inne werden/
Was des Stammes Güte sey.
Wann bevor er von dem über
Wolte wie gar seyn getrieben
Seiner kleinen Liberey.

1. Nach

1. Nach-Satz.

Wie wann der Vater pflegt in Bücher sich zu hüllen
Vnd bey Tag vnd Nacht
Sich hiebey verwacht
Den heißen Durst der Wissenschaft zu stillen.
Die er doch schon zuvor zu seinen Diensten hat;
Als die Sachen
Kündig machen/
So er mit Ruhm verricht bey unsrer Stadt.

2. Satz.

Reylich würd' Er seyn gestiegen
Nach vnd nach je mehr vnd mehr
In der Eltern Ruhm und Ehr /
Gleich dem Vater / von der Wiegen/
Weiß nicht minder er beym Raht/
Auch der Geistlichkeit vnd Stadt/
Aempter hätte schon geziert.
Aber / der dis All regiret /
Gott / der bald mit seiner Hand
Unser Sinnen / Thun vnd Dencken
Weiß mit einem Nun zu lencken/
Hat es gänzlich umbgewandt.

2. Gegen-Satz.

Drumb die Zähn Euch billich fliessen.
Dencket aber auch hiebey
Was beliebt vnd Christlich sey.
Ist Euch Euer Sohn entrisse?
So bedenkt / wohin? Zu Gott /
Da er sonder alle Noht/
Die wir sterblichs Volk hier haben.
Ach wie weit mit grossern Gaben

Ist das liebe Kind geschmückt/
Als vns zwar die Welt verleihet.
Die wenn sie vns liebkost / drcuet //
Oder gänzlich schon berückt.

2. Nach Satz.

Dennach/wer was will thun/ der muß zugleich was leiden/
Wie ein Theber Mann
Recht/ auf ihrem Schwan /
Den grossen Held getrostet/ einen Heyden.
So nemt/ Geehrte Frau / dis auch zum Trostie hin /
Vnd erweiset/
Als Euch preiset:
Das Volk/ wie daß Ihr die Frau Machnerin.
Also hat sein Christliches Mitleiden aus schuldigem
Genuß darthun wollen.

Johann Gebhard/ Gymn. Elif.
Pratislav. Collega.

Qui Nomen, Moresq; Tuos, rultumq; gerebat,
Filiolus, Matris gaudia, Patris amor,
Cursurus pulchro Tua per vestigia calle
Irrutis quondam gnarus & Artis iter,
Occubuit fato MACHNERE, ereptus acerbo
spesq; tot ac tantas invida claudit humus.
Quis moesti lachrymas ausit damnare Parentis,
Queis indigna retens irrigat ora dolor?
Magna sit, & fortis; sed non est ferrea Virtus:
Nec chalybes circa pectus, & æra rigent.
Jure doles: at ne major sit vulnere luctus,
Ut Patrem, sic Te sis memor esse virum.

Ergo

Ergo simul dignum MACHNERO collige robur,
Candida quem Virtus, docta que Pallas amat.
Caetera si desint solatia; Tempora cerne,
Et Mores, & quæ plura tacere juvat.
Felicem dices, teneris qui protinus annis
Aspera tot fugiens, Astra DEUM quetenet.

Dantisci scr.

JOH. PETR. TITIUS
Ligniciensis.

Scazon Epicedius.

Qualis solitus Auster imbricus claustris,
Specuque cæcâ, se citis levans pennis,
Inane magnum perflat, alitum regnum,
Ubi per arva picta fertur & prata,
Tumultuatur, ac phreneticis ausis
Flores puellos, nec suis adhuc filios
Satis lacertis demetit, quatit, sternit:
Talis tuo mors præpes incubat Nato,
MACHNERE, crudeliq; falce decussam.
Tâm vinnulam, tam delicatulam plantam,
Rapit ocyus, quæ jam comas suas pulcre
Parentibus spondebat explicatura, &
Umbram daturâ tot nepotibus seris.
Has una cuncta hora spes manu vertit.
Abrupta raro videris diurnare
Ingenia, præcocesque fatâ naturas
Odere. Foliis quando amygdalus flores
Præmittit, ipse frigori latus nudum,
Objectat, ostentare per breve terris

Vo.

Voluere te Puelle fata Comoedum.
Ilicet / & actum est. Plaudimus tibi laeti.

Affectui & Honori testando Clarissimo Parenti
Wittenbergā trahit

M. SAMUEL POMARIUS, Collegii
Philosophici Adjunctus.



So ist nun Eure Freude/
Der Seelen Lust vnd Weide/
Auf Euren Augen hin/
Herr Machner - der das Leben
Euch sollte selber geben/
Wann Ihr von uns wollt ziehn?

Ach ja! Er ist von hinnen/
Der Eure hohe Sinnen
Schon wolte bilden ab/
Er hat im besten Blühen
Zu zeitlich wollen fliehen/
Von Euch ins schwarze Grab;

Doch seht wie der Welt Garten
Diß zierlich thut bearten:
Durch schönster Blumen Pracht/
Wann die im besten Blühen
Vns alle Lust entziehen/
Und geben gute Nacht.

So

So ist diß Kind gegangen/
Mit seinen schönen Wangen/
Den Weg den Gott gebähnt
Zu einem bessern Leben,
Wem diß / wie Ihm / gegeben/
Der Welt sich ganz entwöhnt.

Zwar klagt Ihr seine Gaben/
Die man Ihn merckte haben;
Wolan / das ist vor mich:
Weil Er in seinem Orden
Schon war vollkommen worden/
So nam Ihn Gott zu sich.

Euch war Er nur gegeben
In seinem jungen Leben /
Was gut zu pflanzen ein:
Weil diß nun schon geschehen/
Will Gott / das ihr sollt sehen/
Wie Er's so herzlich mein!

Vnd eilt mit Ihm von hinnen:
Die Welt vnd ihr Beginnen
Bleibt doch wie sie gewohnt,
Das Er nun nicht verderbe/
Gibt Gott Ihm bald das Erbe/
Damit Er frommen lohnt.

Thut drumb nicht schmerzlich klagen/
Euch selber nicht so plagen/
Herr Machner / grosser Freund /

E Nahrt

Nähret nicht in eurem Herzen
Den Kummer, Leid vnd Schmerzen.
Auch über Ihn nicht weint.

Weil Gott in jenem Leben
Ihm Engel-Recht gegeben/
So seyd mit mir bedacht,
Wie wir uns recht bemühen
Dem selig nachzuziehen/
Den Ihr zur Ruh gebracht.

Lignitz den 19. Febr. 1650.

Balthasar Hildebrand.


Gifff Gott; wie eitel ist / was Menschen Herze denckt!
Wie bald kommt vnser Gott / der es weit anders lendet/
Als vnser Dencken war! Es ist hier so bewandt/
Auch was beständig ist / ist lauter Unbestand.
Wer ihm ein langes Ziel zu leben eingeprägt/
Der lasse seinen Wahn. Darauf wana der Tod sich regt/
Vnd seinen Zorn aufhält / so muß ein kleines Kind/
Gleich wie ein Alter fort: nichts vor ihm Bürgen find.
Ist nicht Herr Machner so? Was dencket Ihr dabey/
Daz Euer lieber Sohn nicht mehr im Leben sey?
Der Sohn / der Einzige / zu dem die Hoffnung stand/
Daz er den Machner-Stam vermehren würd' / vnd Land
Vnd Leuten nütze seyn: Der Sohn / der Eure Lust/
Der Eures Herzens Trost / wie Eltern sonst bewußt/
Ist Eitel ebenfalls. Was dieses sey für Schmerz/
Für Leid / für Kummer / Angst / erfähret Euer Herz:
Ein ander weiß es nicht. Auch zeigt die Mutter an
Mit ihrer Thränen-Bach / welch Trauren kommen kan/

Wann

Wann er jetzt scheiden soll. O härter Wort als Stein/
Ob einer sagen wolt / es wäre keine Pein
Dergleichen schöne Blum im Lenzens ihrer Zeit
Sehn durch des Todes Grimm gefällt vnd abgemeyne/
Eh als sie Früchte bringt! Nun Gott der lebet noch/
Der beyden auferlegt ein zimlich-hartes Joch:
Er träget aber mit. Nur hältet ihr hier still/
Erkents für ein Geschenck / daß er / wann es sein Wille/
Auch wieder nimbt zu sich. Muß doch das grüne Feld/
Muß doch der schöne May mit seiner Blumen-Zelt
Nichts minder untergehn / vnd lassen seinen Ruhm.
So ist es auch bewandt mit Eurer Mayen-Blum/
Gezeugt in Eurer Eh. Da liegt der schöne Flor/
Der zarte Sohn verweckt / eh als Er kam empor:
Daer kaum schlägt ins Feld das jung gekrauste Haar/
Reint er mit schnellem Fuß im Blühen seiner Jahr
Hin auff sein Ende zu. Doch hat es keine Noht:
Es hat das liebe Kind schon solchen Tausch mit Gott/
Der unvergleichlich ist. Jetzt wird er recht ergeht/
Ist einer Blumen gleich / vom Höchsten foregescht
In Garten seiner Burg / da ewig ewig jetzt
Er frey von allem Creuz / in Engels-Freuden sige.
Demnach so rühmen wir den allzeit weisen Raht/
Der von dem lieben Sohn Gott wol gefallen hat.
Er wird bald an den Ort auftiehn in voller Blut/
Allda zu kommen hin ein jeder sich bemüht.
Indessen sezen wir / zu unverwelktem Ruhm/
Auff das gehölte Grab sein letztes Eigenthum:
Gott lasse deinen Leib hier schlaffen auf mit Ruh/
Vnd führ ihn zu der Seel hernach dem Himmel

34.

Caspar Nebe

E 2

Po-

PECTORIBUS, VIR CLARE, tuis quod vulnus acerbum,
MISER JOVA potens, ipse etiam doleo.
Nempe TIBI NATUM, quo non jucundior ullus,
Abstulit, atque pius quo magè nullus erat:
Qui TE, qui MATEREM magno complexus amore est:
Qui MATRI atque PATRI gaudia mille tulit.
Amplius ast minimè fulget lux indolis altæ,
Nec teneræ ætatis primus in Ore lepor.
Sed jacet in parvo tumulo spes magna Parentum,
Spes quoque doctarum maxima Pieridum.
Quid nisi singultus, gemitus, lacrumasque cadentes
FILIO L. I hæc pariat, mors inopina TIBI?
Sed nunc parce dolori & vanas siste querelas
Cede DEO: hac unâ vincitur arte malum.
A DOMINO, [cujus proprium miserescere] nostro,
Crux adeò magna hæc non aliundè, venit.
Ergo etiam NATI credas quod venerit hora,
Ipsum, quâ voluit sancta vocare TRIAS:
Hanc illi gratare lubens animumque resume:
Mutari nequeunt, quæ pia fata volunt,

Hoc non fucatæ condolentia signum adponebat

TOBIAS Schneider.

¶¶¶¶¶
Ergo nihil tutum sibi despondere quit etas
Humani generis? nil ergo perenne sub astris
Perpetuoq; bonum? viden' ut comes usq; voluptam
Insequitur mœror, mœromq; excipit angor?
Vanas spes hominum! Sensus ò semper-inanes!
En volvenda dies, meritò signanda nigrantum
Synthesibus lapidum, quantas spes, gaudia quanta
Abstulit! Eximè magna Puer indole, & altæ

Spe

Spe MACHNERIADES abiit, prægrande Parentum
Exemplar, solamen, & unica gloria Nati.
Hinc suspituum ducunt examina longa,
Ac se deßduo cruciant plangore, doloreq;
Et Pater & Mater: Hinc turpant volta subindè,
Incestant q; genas lacrumarum rore perenni.
O crudum lethum crudelèq;! nonne movere?
Te Pietas poterat, non ipsa puertia florens,
Ingeniiq; vigor valde sublimis & acris?
Scilicet excelsæ quicquid fovet indolis Orbis,
Involut ante diem lethi vis ferrea, & esse
Non sinit esse diu: Qui in primo limine lucis
Molitur charo sua suggrundaria pullo.
Sæpeq; Sarcophagum proli pater ipse paravit.
Ut constet constans nihil esse, perenneq; firmum,
Sed quod in ante nihil fuit, in nihilumq; reverti.
Fallor an ipse Deus, vita & necis arbiter unus,
Succinctæ ista Sito prescriptis stamina vita?
Rectè Fila etenim vita Textoris ad instar
Occat, & enumerat mensem, ac cum Solibus annum.
Quid quod, ubi Virtus hominis preverterit annos
Temporiū, Domino nūmum dilecta Propago,
Ne pervertatur Bona Mens contagie malorum,
Ocyus abripitur, cæliq; reconditur arce?
Ergo quid usq; animo, quoq; patiere nec-equo,
Optime Vir, subolem Sedis repetisse priora?
Define jam luctus, exoptatissime Fautor,
Define, non luctu tantum indulgere labora.
Velle Patris summi, placuisseq; magne Patrono,
Sit quoq; velle tuum placuisseq;: Calcitro pravus
Valdus urgetur: juga succusare Tonantis
Relligio sit ei qui Christo nomina dixit.

E 3

Disce

Disce tenelle puer, quam sit breve lilyum amici
Luminis, & nōris hodiē te posse moriri.

Ita Wittenbergae mastisimus animi parentabam.

CHRISTOPHORUS POMARIUS Siles.

Sonnet.

Het dann dein Herzē dir so gar nicht zu erweichen/
Du biaſſer Menschenfeind? Kan deine Mörderhand
Dir niemand hemmen nicht? O Fels! O Adamant!
Der Donner/ wann er pflegt die Lüſte durchzustreichen
Bey heißer Sommerzeit / schlägt in die hohen Eichen
Vnd acht der Stämmchen nicht. Du aber/ wie bekand/
Hältſt keinen Unterscheid. Bald dieses Jammerland
Ein Knabe/ bald ein Mann muß lassen vnd verbleichen;
Ja jener eher wol. So ſeht der Nordenwind
In etwas heftig blaſt/ wird manches Frühlingskind
Von dessen Grimm erſticht. Es muß auch ſo verblühen/
Herr Machner/ Euer Sohn. Wie e daß Ihr Euch betrübt?
Wol dem/ ſo blühend stirbt! Ja/ wen der Höchſte liebt/
Den läſſt er auf der Welt jung in den Himmel ziehen.

Martinus Hannke.

Parentum.

Supremum Alloquium ad Filium moribundum.

Mellite F I LI dulee Conjugl pignus,
Fomes voluptatis, Salusq; mundana,
Spes una generis, ſerae honos Senectutis,
Dicte Musis, corculum Magistrorum;
Quod indoles præclara, & ingenI cœles.
Spopondit ardor, atq; amabiles mores,
Occumbit omne nunc, humo ſequeſtrandum.
Pro gaudiis lubentiisq; jucundis
Luctus relinquis perpeteq; singultus.

O dura

O dura Fati viſ! humare debebas
Ex lege nascendi ossa noſtra, nunc contra
Commune votum noſ tua, ordine inverſo,
Tumulſe cogimur. Sed expedit motus
Fletusq; molles ſegregare cordatè
Nil pro futuros. Quin & ethnico more
Planxisse pudeat: Aethra ſuggeret robur.
Ut nos recolligamus, & tuum funus
DEUM ſequentes, perferamus erecti.
Nam non perifisti: totus haut humo cedes.
Divina pars & Spiritus polo miſſus
Succedet aſtris & choro beatorum
Ex aſſe felix, neliſius triunfari.
Aget hic ſuperſtes & viſebit eternū.
Mens ad preces non pigra, promptiudoq;
Gnomis ſacratis Numinis potestati
Te noſq; commendare ſueta, dioq;
Jam ſe resignans nutui cor, haut fallax
Solamen, alteriusque tefſera eſt viſe.
DE I hinc poſitos contubernio, urgere.
Luſtu nimis, nimis impium eſt nocivumq;, &
Affectus ipſo deſtitutus affec tu.

Res ſalva nunc eſt: Nata nove Quiris cœli
Beatus iſti mitte nuncium ſeclo,
Mortale corpus exue, & p̄ai felix;
Nos p̄aſtolare: Te ſequemur haut ſegnes,
Cūm juſcrit ſupremus arbiter viſe.

MATTHIAS MACHNERUS,
Parens maſtisimus.

Hos Versus amicus Gedanensis, inter paucos optimus, cujus Latinum,
etiam Carmen ſupra videre, Lector, potuisti, ut corpore ſejuſtus,
ſic animi coniunctionem Parentibus beate obiti Pueri declaraturus,
feliciter ita tranſlūſit.

Lezte Airede der Eltern an ihr ſterbendes Söhnlein.

Du allerliebstes Kind/ du Zunder unſer Freude/
Du ſüßes Pfand der Eh/ du unſer Augenwider/

Def

Des Stammes ganzer Trost / des späten Alters Ruhm /
Der Lehrer Herz vnd Wunsch / der Musen Eigenthum :
Was dein beliebter Sinn / die Sitten voller Leben /
Dein Witz vnd schöner Geist für Hoffnung uns gegeben :
Wird alles jetzt ins Grab verscharrt neben Dir :
Für so viel Lust bleibt nichts / als Leid vnd Seuffen hier.
O harter Trauerfall ! Die Ordnung wolt' es haben :
Dass du einst soltest Uns / Uns seltest du begraben :
Und sich / Wir schicken Dich so wider unsern Sinn /
Als wider die Natur / zu deiner Grabstatt hin.
Doch aber müssen wir nicht übermäßig klagen :
Wir müssen dennoch Uns der Traurigkeit entschlagen /
Weil hier kein Weinen hilft / und auch nicht Christlich scheint /
Wann man der Seinen Tod auf Heidisch Art beweint.
Gott / der Uns hat betrübt / wird Uns nicht trostlos lassen :
Wir werden Herz vnd Macht durch seine Gnade fassen :
Wir sehn allein auf Ihn in dieser unsrer Noht /
Und tragen mit Gedult / O Schnelein / deinen Tod.
Du wirst ja nicht so gar ohn Hoffnung hingenommen :
Dein Göttlich Theil / der Geist / der von dem Himmel kommen :
Kehrt wieder in den Sitz der Ausierwehlten Schar /
Und lebt da ewig wol / ohn Kummer vnd Gefahr.
Gedenken wir / wie Du so gern für Gott zu treten /
Wie Du so fleissig pflegst für Dich vnd Uns zu beten /
Wie Du dem H E R R N Dich ganz aufgeopfert hast /
So ist auch diß ein Trost in unsrer Kreuzeslast.
Wann einer Dir / so nun für Gottes Thul erscheinen /
Und Himmelsbürger sind / wil gar zu sehr beweinen /
Das heisst der Sachen traun ja gar zu viel gethan /
Und Liebe / die man nicht für Liebe halten kan.
Nun wol ! So las die Welt / vnd was sie hat / verschwinden /
Du newer Himmelsgast ! Leg' ab den Leib der Sünden :
Geh glücklich Uns voran ! Wir kommen bald zu Dir /
Und folgen / wann der H E R R uns rufet / mit Begier.

Joh. Peter Eise

BRESLÆ, Typis BAUMANNIANIS
exscriptis Gottfridus Gründer.

ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΙ

Ad

MATTHIAM MACHNERUM
Filium unicum
Iugentem
Ex Alma ROSARUM.

M DC L.



Ecce vices, Vir Clare, tuas ego lugeo. Funus
Nec Silesiacum Balthica Musa filet.
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo
 Filiolum, qui spes unica Patris erat.
Quid scribo? constat res & spes salva. Perentum
 Qui dederat, clemens abstulit ipse Deus.
Abstulit, & Patriæ cœlestis traxit ad oras,
Subduxitque malo membra tenella solo.
Non periit suboles, cui veræ janua vitæ
 Mors est. Paulisper viscera servat humus.
Sed mox, ad Christi vocem, cum fœnore reddet,
 Accipietque polas, quod modò terra capit.
Non ergo nimium luge. Qui fata suorum
 Fert animo placido, fortiter ille facit.
At qui plus æquo natorum funera deflet,
 Summum, crede, suis invidet iste Bonum.

scrib.

HENRICUS Rahne / J. II D.
& Prof. in Acad. Rostoch.

TU quoties scribis, toties mihi funera mittis:
Nullaque non lacrumis litera missa madet.
Ponis amans nostri multas in fronte salutes:
 In medio mortes damnaque mille sedent.

Pu-

Publica non reperam versu discrimina rerum,
 Aut quibus intereat Patria fracta malis.
Priva loquar. Quæ te sub luminis ediditoras,
 Materies luctus prima caputque fuit.
Altera FILIOLUS, te non indigna propago,
 Sed quem, quæ dederat, reddidit hora neci.
Exin SENILEB I lacrumas libavimus urnæ,
 Flevimus & THOMÆ FREITAGII QVE domum.
Insolabiliter CERVINI funera luxi:
 Mors mihi MUDRACHI mors cita penè fuit.
Et qui non alii? quos omnes dicere versu
 Fors nimium seræ sit pietatis opus.
Tristior at nunquam BRESLA mihi missa papyrus,
 Quam quæ Magnifici funus APPELLIS habet.
Heic lapides & saxa sedent: his, crede, tabellis
 Attonitus lectis semianimisque fui.
Tempora quæ tantum mihi surripuere PARENTEM,
 Optarem vitæ summa fuisse meæ.
O quanto pietas, & quanto vindice Musæ,
 Quanto cana fides simplicitasque carent.
Vestibus ingreditur pullis divina Poësis,
 Amisumque decus præsidiumque dolet.
Ingemuit, quicunque meum bene novit APPELEM:
 Ivit hic in longè dis sita regna dolor.
Hujus ego semper lacrumis urgebo sepulcrum.
 Hic lapis ossa mei cara PARENTIS habet.
Ob tot amicorum mortes, MACHNERE, cerebrum
 Quis non effletum satque superque putet:

Et

Et tamen ad lacrumas iterum luctusque vocamur,
Dum tuus ante diem F I L I U S alter obit.
Ille decus quondam generis, si fata tulissent,
Ille soli patrii stella futurus era^c.
Ille fatiscentis lenimen dulce sene^ctæ:
Ille tuus quondam scipio, Matri^s amor.
Mens erat hunc juvenem nostræ committere curæ:
Tanti T S C H E R N I N G U M R O Z T O K I U M Q U E
facis.

O si Varniacum licuisset adire Licéum!
Gesistsem partes officium que Patris.
Ast aliter visum fuit, ô M A C H N E R E , P A R E N T I S,
A quo vera salus vitaque nostra venit.
Additus æthereis Sanctorum cœtibus ævum.
Suavius, & solidæ tempora Patris agit.
Quod cecidit nimium maturus, Amice, dolebis?
Ut puer, at fato redditus ille Senex.
C H R I S T U S amat pueros: Pueris patet ætheris aula.
Non venit ad Christum, qui negat esse Puer.
Quod si respiciam nostri contagia secli,
Quod vitiis laxat libera frena suis,
Grande putent alii magnos educere Natos:
Tutius est, teneros reddere posse D E O.

Amico inter paucos Wratislavenses optimo
ex animo collugens fac.

M, ANDREAS T S C H E R N I N G I U S,
Profes^s, Publ,

